Quelle: http://manuscripta.at/?ID=496
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

10

ratione sine motu esse dicuntur. Non tamen sicuti sunt uni, sed aliter quam sint res alique sepe uero concipiuntur. Propter quod et ipsa animi speculatio dividitur, et uel ex his que inspicit, uel ex modo inspiciendi cognominantur. Speculatio. naturalis sic est, id est concreta et in abstracta considerat ex sua quidem proprietate que humano animo relatum est ex sensuum atque imaginationum prevenientibus amminiculis rerum sensilium ratio dicitur. Sed ex his que considerat naturalis vel in abstractis et motum habentibus naturalis et in motu et in abstracta cognominatur. Quod quoque ex hac causa sit hec nuncupatio manifeste demonstrat dicens. Considerat enim corporum formas, id est figuras et huiusmodi alias non modo in materia cui insunt, sed etiam cum materia cui in illa assunt. atque ex hoc subsistentium omnium concretio dicitur. Creatio namque subsistentiam in esse facit. Ut cum in eo et ab ea aliquid sit. Concretio uero eidem subsistentie naturalis posterioris rationis accommodat. Ut cum illa insit, simplex non sit. Que quoniam esse non possunt nisi sic subsistentibus insint, ut eorum subsistentiis assunt, in abstracte dicuntur. unde ait. Que posterioris rationis forme a corporibus non possunt separari non dico disciplinali ratione, sed actu, id est quod sint dum concrete sunt, retineant separate. Ex eadem concretione contingit corporum motus cum scilicet con[...]tas vicissitudo decedentium succedentiumque commutat. Que enim concretione non simplicia sunt uel corpora que corpora inmotu sunt, uero ubi gratia in motu quod est per locum apparet cum pondositatis sue proprietate, et terra deorsum fertur et ignis sursum habetque motum. Nam illa que est subsistentium esse unum unumquodque eorum aliquid est prima materia, sed que illi modo in eis subsistentibus concretione est forma coniuncta. Alia uero speculatio que naturalium in abstractas formas aliter quam sint, id est abstracte considerat, ex fine quo illud facit, quod mathematica latine disciplinalis uocatur. Recte utique. Cum enim sint inabstracte, id est cum non in concretione non sint quod tamen ibi sint oportet intelligi. Neque enim rationalis speculatio perfecte id quod est esse aliquid capere non disciplinatur, quoniam id unum illud est quod sit firmiter teneat. Verbi gratia. Non perpendit ratio quid sit esse corpus et esse coloratum et esse latum non disciplina quid sit corporalitas quid color, quid latitudo cognoscat. Non fieri non potest nisi hec inabstracta atque concreta, et ab eo in quo sunt et a se invicem abstrahat et discernat. Ex hoc igitur quod inseparabilia ad hoc separat ut eorum naturam perspicere et proprietas ualeat comprehendi, mathesis siue disciplina uocatur. In abstracta quidem eo quod inseparabilia sunt, que non separata non perspicit. Hec enim formas corporum speculatur sine materia. Non dico speculatur esse sine materia, sed speculatur sine materia. Sine motu. Si enim concretio his que sunt confert motum, conueniens ut separatio his ex quibus sunt tollat motum. Non tamen quod motabilia careant motu, sic in abstracta non possunt abstrahi, sed quod sic dictum mathesis sine materia speculatur, ac per hoc speculatur sine motu. Rei et enim actus formas semper coniunctas in abstractas. Unde subponit. Que forme cum in materia sint, id est in corporibus ab his corporibus separari non possunt. Itaque mathematica speculatio dicitur inabstracta ab actu rei. Quod uero sine motu. Animi speculandi methonomica denominatio est. Tertia uero speculatio que omnia naturalia transcendens in ipso eorum quolibet principio, scilicet opifice que auctore sunt et ydea, atque tanquam exemplari deducta sunt et yle in qua locata sunt figurat

que corpora inmotu sunt. ut cum terra deorsum ignis sursum fertur habetque motum forma materie coniuncta. Mathematica quod sine motu in abstracta. Hec enim formas corporum speculatur sine materia ac sine motu. Que forme cum in materia sint.

en b